UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Iudæorum magnates in festis solemnibus iis usi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

Liv. Andr. Hym. in Dianam.

Livius Andronicus apud Terentianum Maurum:

*Et jam purpureo ſuras includit cothurno.*

Nemeſ. in Cyneg. vs 92.

Quos imitatus videtur Nemeſianus, qui de eadem Diana canit:

*Candida purpureis aptentur crura cothurnis.*

XVI. Iſtiuſmodi calceos rubros vel coccineos, apud Prophetam intelligendos eſſe, ego dubito nullus, cum inter alia Deus prædicat *ſe calceaſſe* תחש *tachas*, h.e. calceis coccineis. Magnates Hebræorum eos olim geſtaſſe in tribus præcipue feſtis ſolemnioribus videre eſt ex Chaldæo Paraphraſte,

Chald. Parap. ad Cant. 7. 1.

qui verba Cantici *Quam pulchri ſunt pedes tui in calceis*, ita exponit: *Quam pulchri ſunt pedes Iſraelis* (Magnatum nempe in illo populo) *cum aſcendunt ut appareant coram domino tribus vicibus* בסנדלין דססגונא *in ſandaliis ſaſgona* h.e. coccineis. Quin & apud alios Orientis populos mulierum ornamentum fuiſſe, ut purpureis ſive coccineis calceis uterentur, ex Virgilio diſcimus. Apud illum